

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

alius philosophus Elegiæ scriptor non satis pbatus. Ita enī se habet res ut poe-
tæ quidem si prosa oratione scribere uelint efficiant. Qui uero pedestri oratio-
ne scribere consueuerunt: si poeticæ sibi partes uendicare uelint non consequan-
tur. Id ex eo liquet: quod alterū naturæ: artis alterum opus est: alius Statuarius
fuit: postremus Aristoxeno teste odas conscripsit.

polemo Atheniensis.

Polemo phlostrati filius Atheniensis pago Oeetheus oriundus: cum
esset adolescens: a deo ipudicus ac lubricus fuit: ut pecunias circūferret
quo paratior esset & instructior ad uoluptates implendas: eas itidem
in uias & angiportus occuleret. In academia quoq; iuxta colūnam quādā reper-
ta est pecunia ab eo illic in usus similes recondita. Aliquando uero ex condito
cum sodalibus ebrius & coronatus Xenocratis irrupit scholam: Quo ille nihil
aduersus eam quā coeperat orationē ardentius quoq; profecutus ē. Erat autē ser-
mo de pudicitia: ea illius oratione sensim impurus adolescens seipsum collegit:
atq; ita ut industria & studio ceteros uinceret: eiq; in schola regēda succederet
centesima sextadecima olympiade docere inchoās. Refert Antigonus carystius
in uitis patrem eius fuisse primariū ciuitatis: equosq; iugales nutrire solitum: Fu-
gisseq; iudiciū polemonē ab uxore nequitiaē intumulatū q; adolescentibus con-
grederetur. Tantā uero inter ipsa philosophandi principia oris atq; habitus as-
sumpsisse constantiam ut idē semper permaneret uocēq; nunq; immutaret. Qui
bus ex rebus crantorē quoq; sui in primis studiosum fecit. Deniq; a cane lacesi-
tus dum surrā morsu discerperet ne expalluit quidem: tumultuq; in ciuitate exci-
tato perconctatus quidnā contigisset immobilis perstitit: In theatris quoq; nulla
miseratione mouebatur. Nicostrato enī qui cognominabatur Clytēestra poe-
tæ quiddam sibi craticq; recitante illoq; in affectum cōmiserationis trās lato hic
ita perseuerauit ac si non audiisset. Eiusmodi autē profecto fuit qualē describit
Melanthius pictor in libris de pictura: ait enim oportere contumaciā quādā
atq; duritiā operibus & moribus ex æquo moderari. polemo at dicebat oport-
tere in rebus exerceri: non in dialecticis: speculationibus uti ne breuem quandā
artem sorbentes atq; meditates dū in rogationibus admirationi habentur affe-
ctu sibiipsis repugnarent. erat igitur urbanus adiuncta seuera constantia: Idq; fu-
giebat quod de Euripide scribit Aristophanes acidū eum atq; asperū uocans:
Neq; uero sedens dicebat cū rogaretur: sed ambulās. Itaq; propter summū pro-
bitatis studium in ciuitate honorabatur maxime: post deambulationē quiesce-
bat in hortulo iuxta quem discipuli constructis breuib; tuguriis prope scho-
lam exhedramq; habitabant. Videtur autē polemo Xenocratem in cūctis amu-
latus: eumq; amasse Aristippus in quarto de antiquis delitiis refert: semper de-
niq; illius innocentiam & siccitatē polemo in ore habebat: induerat illius quo-
que grauitatem ueluti doricus quidā in musica modus. erat autē & sophoclis in
primis studiosus atque in illis maxime locis ubi iuxta comicum canis quiddam